



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

398. De puculiare ordinatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

si quilibet servus dominum suum fugiens vel latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & utrum servus sit * ignotum sit, & postea veniens dominus illius legibus eum adquisierit, sancitum est ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si verò eum catena servitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat; quia juxta sacros canones vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

* *Sirmond.* ignoratum fuerit. *Codex noster* vetus igno. averit.

De peculiare servorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard. lib. 2. c. 23.
Ivo par. 6. c. 38.

CCCXCVII. De rebus verò illorum vel peculiare qui à dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos jure promoveantur, statutum est ut in potestate dominorum consistat utrum illis concedere an sibi vindicare voluerint.

De peculiare ordinatorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard lib. 3. c. 122.

CCCXCVIII. Ceterum si post ordinationem aliquid adquisierit, illud observandum est quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

De servis Ecclesiarum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.

CCCXCIX. De Ecclesiarum verò ser-